

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fortitudo a
cum fonte primo

Qui uera uirtute fortis est,
nec temere audet nec inconsulte timet.

Augustinus in epistola ad Ieronymum.

uerum tamen, quia sunt audaces, qui timidi non sunt,
et rursus timidi, a quibus absit audacia,
cum sit utrumque uitium, quoniam,
qui uera uirtute fortis est,
nec temere audet nec inconsulte timet,
cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus.

Augustinus Hipponensis, *Epistolae*, 167.8
(CSEL 44, A. Goldbacher ed., p.595, ll.17-21).